



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,
Africam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1619

Cap. XLVI. De regno Poloniae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11108

Imperat. contra rebelles perpetuò adhæ-
fit.

Patris sui vestigijs institit filius & suc-
cessor Albertus, qui Societatem Iesu Mona-
chium & Ingolstadium euocauit.

Auitam pietatem secutus est Guilielmus
V. Dux: eiusque filij hodie sequuntur for-
tissimè.

C A P V T X L VI.

D E R E G N O P O L O N I A E.

POLOΝIAE Regnum multas suo
ambitu Prouincias, in his Litua-
niam, Masouiam, Samogitiam, Cui-
uiam, Liuoniam, Varmiam, Prussiam
Regalem, Russiam Nigram, Volhiniam,
Podoliam, aliasque complectitur. His
prouincijs ius sacrum dicunt duo Latini
ritus Archiepiscopi *Gnesnenfis* & *Leopolien-
fis*. Regni Primas est *Gnesnenfis*, cui suf-
fragantur Episcopi infra scripti,

Cracouiensis Episcopus & Dux Seueriēsis.
Krakovv, in Polonia minore ad Vistulam
flu. Academia.

Posnaniensis in Polonia maiore. *Poz-
nan.*

Plo-

112 DE STATV RELIG. CHRIST.

Plocensis, in Masouia ad Vistulam fluuium.

Ploczk.

Mednicensis, in Samogitia. *Miedniky.*

Vratislauiensis, in Silesia. *Preslav.*

Lebusiensis, circa Marchiam Brandenburgensem. *Lebus.*

Vladislauiensis, in Cuiavia. *Vladislav.*

Caminensis, in Pomeraniæ tractu. *Chemnitz.*

Luceoriensis. *Lucko,* in Volhinia.

Vilnensis, in Ducatu Lituaniæ, qui cum regno Poloniæ est vnitus. *Vilenzki* indigenis, Germanis. *VVilde.*

Vendersis in Liuonia, per Sextum V. VVenden. Kies.

* Varmiensis prouinciæ Episcopus in Prussia Regali residens. *VVarmerlant, Frarvvenberg.*

Leopolis, vulgo *Luuovv*, sita est in Russia Nigra, anno 1361. iure Metropolitico donata, per Urbanum V. Papam. Huic suffraganei sunt,

Præmisliensis, in Russia Nigra. *Przemysl.*

Chelmensis, ibidem. *Chmielnick.*

Kiouiensis, in Volhinia, ad Borysthenem flu.

Cameneensis, in Podolia. *Camienieck.*

Hi omnes Antistites, vna cum Culmensi Episcopo, ex Prussia Regali, publicis regni comitijs, tamquam Senatores, interesse solent: exceptis tamen Vratislauensi & Lebusiensi

busiensi Episcopis, qui ad Poloniæ regnum
non pertinent.

CAPVT XLVII.

DE RVTHENIS, SEV
Rußis.

PRæter Latinos istos Antistites, sunt & Ruthenici ritus Episcopi octo, sub ditione Regis Poloniæ: nimirum *Kiouiensis.* qui est Metropolita, *Vlodomiriensis, Luceo-*
riensis, Polocensis, Præmisiensis, Leopolienensis, *Chelmensis & Pinscensis.* Hi anno 1596. à Clemente VIII. in cōmunionem Ecclesiæ orthodoxæ sunt recepti: vt fusè Baronius ad calcem tomī VII. Annalium commēmorat.

De vetustis Ruthenorum erroribus,
quos ferè communes cum Græcis habere
solēt, consule Posseuinum in Moscouiæ de-
scriptione.

Est autem duplex Russia, *Nigra*, quæ Po-
lono, & *Alba*, quæ Mosco subest.

In Volhinia, quæ sub Russia Nigra con-
tinetur, viuit Dux Ostrogoiæ, inter Ru-
thenos ditissimus ac potentissimus.

Sub ditione Polonorum viuunt & *Ar-* *Armenij.*
menij plurimi, qui suum quoque Episcopum
habent: sed nec hic, nec Ruthenici Antisti-

H tes